UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi Professoris Regii Erotemata Juris Canonici

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

XXII. De Clericis peregrinis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62934

Visual Library

D. N. qui per incarnationem dignatus eſt contrahere cum unica ſua ſponſa Eccleſia Catholica: cujus defectu meritò prohibentur ad eum gradum aſcendere bigami, , in quo alius etiam monogamis ſeu nunquam conjugatis , Sacramenta ſint adminiſtraturi. Atque hujus miniſterii reſpectu Epiſcopos & Diaconos unius uxoris viros eſſe oportere, ait Apoſtolus Paulus.

c. 1. ad Tim c. 2.

Sed nunquid S. Pont. cum bigamis , ut ad ordines admittantur , diſpenſare poterit?

Poſſe, tenet Hoſtien. quamvis aliàs cum bigamis contra Apoſtolum diſpenſare non liceat, ut vel ad ſacros Ordines promoveantur, vel in iis ſi promoti fuerint, remanere poſſint.

arg. can. quicumque diſt. 50. c. 2. & 4 in fin. h. t.

De clericis peregrinis.

TIT. XXII.

Poſtremò ad tractatum ordinandorum pertinet & hic Tit. nam illud quoque optimo jure conſtitutum eſt, ne quis Epiſcopus peregrinis ſeu extraneis Ordines conferat.

Qui dicuntur Clerici peregrini ?

QUi neque origine ſeu nativitate ſubſunt juriſdictioni Epiſcopi, neque beneficium aliquod Eccleſiaſticum obtinent, neque domicilium, id eſt res ſuas collocatas habent in diœceſi ejus à quo Ordinem petunt? quæ tria conjunctim requiruntur.

Cur Clericum peregrinum ordinare permiſſum non eſt?

c. Cùm nullus de temp. ordin in 6.

Quia non licet Epiſcopo ad Ordines admittere aliquem non ſuum, id eſt qui alterius eſt diœceſis, & alterius juriſdictioni ſubeſt, ſive ſit Clericus, ſive laicus.

tota diſt. 71.

Clerici peregrini quando & qualiter admittendi ad adminiſtrationem ſacri miniſterii ?

Non aliter, quàm ſi de eorum ordinatione legitimè conſtet, vel per litteras commendatitias (quas & formatas ac dimiſſorias vocant) vel per teſtes, aut alio modo. Concilium autem Tridentinum ſtatuit, ut nullus Clericus peregrinus ſine commendatitiis ſui ordinarii litteris ab Epiſcopo ad divina celebranda admittatur.

can. Eccleſ. in fin diſt. 68. c ult. diſt 71. & diſt. 73. ubi exẽplar. & forma eſt harũ litterarũ

De

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN